

8 CASP. BARTHOL. L.I.  
lum dolemus, quod in medium non-  
dum processerit. De Tibiis autem plu-  
rimos veterum scripsisse facilè constat  
ex frequenti multorum mentione quæ  
passim occurrit apud *Athenæum* alios-  
que, quod suis locis videbitur; hic  
nonnullos ex *Athenæi* lib. 14. affe-  
ram, qui ubi de Magadi Tibia loqui-  
tur: *Aristarchus*, inquit, *gramma-  
ticus* tibiæ genus esse dicit, contra ju-  
dicium *Aristoxeni* in libris de *Tibicini-  
bus*, ac in libris de *Tibiis* & *musicis  
instrumentis*: contra sententiam & *Ar-  
chestrati* qui libros duos composuit de *ti-  
bicinibus*, & *Pyllidis Delii*, qui etiam  
de *tibicinibus* librum edidit, & *Eu-  
phranoris*. Et ex eodem *Athenæo* lib. 4.  
*Euphranor* de tibiis librum conscripsit  
& itidem *Archytas*.

C A-